



**M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV**

**Muret, Marc-Antoine**

**Antverpiæ, M. D. LXXXVI.**

Cap. 23. Locus è Miloniana cum duobus Demosthenis vno, altero Lysiæ  
comparatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](#)

Locus è Miloniana cum duobus Demosthenis vno,  
altero Lysiae comparatus.

## CAP. XXXIII.

CALLIDE & ingeniosè locutus est Ciceðo in Miloniana, cùm illuc venisset, ut fatendum esset. Clodium à seruis Milonis occulm fuisse. nam qui prospiceret, tem ipsam per se odiosam esse (nemo enim ferè est, qui ad cædis mentionem non exhorreñat, & auerſetur eum, à quo illa perpetrata dicitur) noluit eam suo ac proprio nomine appellare; sed eam orationi sua sententiam intexuit, quæ ad auertendum odium, & ad facinus ipsum excusandum cogitari potuit apriſſima. Fecerunt, inquit, serui Milonis, quod suis quisque seruos in tali re facere voluissent. neque enim non satis ex eo intelligitur, occisum Clodium: sed alperitas rei tollitur, mitigatur quidem certè, cùm cogitat quisque, si quoque idem facturum fuisse, si in tale discribenſe incidisset. Omnes enim facile ignoscunt, cùm quis quid fecit, quod ipſi quoq. feciſſent. Vſus est autem in re quidem & diſſimili & diſpari, ſed tamen vſus eſt eadem ſententia Demosthenes in oratione aduersus Midiam. Se enim dicit, contumeſſis affectum à Midia, id feciſſe, quod eorum qui iudicabant quisque ſibi faciendum eſſe duxiſſer. Εγώ δὲ ὅμηρος αὐτοῖς ἔργος ὑβεντεῖς προσειλέποι τραῦτοι, τέτοιος ἀντίτιμος. Idem artificium adhibuit ſubtiliſſimus oratorum Lysias in oratione quam ſcripſit ei qui Erathostenem quendam in uxore ſua deprehenſum occiderat, non enim apertè ac ſimpliciter dicit, eum à ſe interfectum, ſed confeſſum ea que legibus conſtituta eſſent in eos qui talia facienda facerent. Σὺντο, inquit, οὐδὲπερ, εἰνένθε τέτοιος ἐν χειρὶ, ὡρπες καὶ νύχιοι χειρὸν τὰ τοιαῦτα περιποιοῦσι.

Illustrati

Muretti  
Lectione  
L III